



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Epitome Annalivm Trevirensium**

**Masen, Jacob**

**Augustae Trevirorum, 1676**

Liber V. Anastasius Papa. Honorius Imperator. Mauritius Archiep.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12542**



## LIBER V.

Anastasius Papa. Honorius Imperator.  
Mauritius Archiep.

An. Chr. 398.

Inclinatio  
Romani im-  
perii & reip.  
Trevericæ.

Barbarorum  
incurfione  
vastatur ori-  
ens occi-  
densque.

400.

**R**omanorum imperium sub duobus adolescentibus, eorumque Rectoribus, Rufino per orientem, Stilicone per occidentem, barbarorum quaquaversum irruentium præda demum, fortunâ inclinante, scelerumque urgente pœnâ, fuit, ut nihil in mundi regnis, præter ipsam rerum inconstantiam, constans possidemus. Florentissima sub Constantino posterisque Imp. Trevirorum resp. ex pristina vix emerferat persecutionis tempestate, ad egregium, quâ ecclesiasticæ, quâ civilis reip. decus, cum suæ vix sustinens felicitatis, ad luxum, spectacula, ebrietatem, luxuriamque effusa, Christiani honorem nominis haud parum obscurare cepit. Deique vindicis in se indignationem provocare, quam paulò post sua in illam strinxisse fulmina intelligemus.

Oriens uti in hæresum pertinacia, sic in pœna barbarorum immanitati danda primus fuit. Hunni, postquam illatis contra Eugenium Italiæ armis, regna orientis nudata milite viderent, ab ultima Mœotide, & glaciali Tanai sese infuderant. quibus Alarici Gothorum Regis, occultâ Rufini ambitione invitatus in Græciam exercitus accessit. Qui, vel gentiles, vel Arriani non urbes solum, verùm & orthodoxam religionem passim everterunt.

In occidente tamen principio irrupentibus barbaris obniscus Stilico, ut erat militiâ promptus, Francos & Sicambros belli motu ad pacem composuit: Trevirisque principiò (nam postea Arelatum sedes regni quam Constantinus Tyrannus occupavit primus, translata est) ad limitis Rhenanî custodiam substitit, Honorio in Italia relicto.



Per id tempus D. Martinus abiisse ad vitam immortalem creditur, ad XI. cal. Novemb. Cujus epocham in Gallis olim celebratam, qui rectius à morte statuunt, in CCCC. Christi anno fundantur, licet Prosper tribus & Sigebertus duobus annis, ut hic, sic alibi (quod calculum hunc non turbat) consequantur. Baronio tamen placuisse hic annus CCCCII, communiter visus est.

D. Martini mors, & epocha ab illo ducta.

Monasticen hoc tempore Bassula consularis vidua, ex Aquitanis Treviros delata, excoluit. quæ post filiam, quam Severo Sulpitio, celebratæ facundiæ viro, junxerat, morte sublatam, Severum ad mundi quoque vanitatem, Christi demissione prælata, impulit. Qui illam Treviris domum quæ postea D. Bernardum excepit hospitium, mortuumque sacello est venerata, incoluisse fertur. Sanctus illi Martinus hac vita abiens candicante in toga, micante vultu, totusque cœlestis per quietem oblatu est, libellum quo vitam Severus comprehendebat, dextrâ complexus, veluti memoriam sui æterni grati animi memoriâ pensaturus. Et fortè hæc in sanctum pietas sanctitatis æmulationem persuasit.

Bassula & Severus Sulpit. Treviris religiosè vivunt.

D. Martinus gratus Severo vitæ seriatiori.

Stilico, seu Wandalus, seu Alarius gente, tum ut Arcadio contra Gothos Hunnosque subsidio adesset, tum ut æmulum ambitionis suæ Rufinum tolleret, Gainam, natione Gothum, cum exercitu misit, qui feliciter magis, quàm sanctè mandata executus, & Rufinum, & succedentem eidem Eutropium pari arte injuriâque sustulit, jam ipse ad rerum summam, non Stiliconi, verum sibi viam aperturus; nisi victorem perfidum Gothi victores orco denique immolassent.

Stilico æmulo Rufino sublato, Gothos profligat sub Rege Alarico.

Interea Stilico Gallos sibi Germanosque ac Britannos conciliat; sed intervenit Alaricus, cui Honorius sedem in Italia amicam postulanti Galliam potius indulserat, Stilicone id consilium improbante, qui eidem, post superatas alpes Cotias, sese cum Rhenano Gallicanoque præsidio objecit, alternis principiò cladibus, sed demum victor, Galliâ Italiâque, non ipsum modò, verum &

An. Chr. 403.

404.





Radagaisum Scytharum, auxiliarem ducem, Fesulanis conclusum angustiis, memorabili strage profligavit.

Godegisilus  
Wandalorū  
Rex cum a-  
liis vastat im-  
perium.

Dum his bellis Stilico attinetur, & Gildo etiam Africae Comes Honorio rebellis frangitur, Godegisilus Wandalorum Rex, nudatos praesidio limites Rheni praetervectus, cum Alanis, Quadis, Marcomannis, Saxonibus, Burgundionibus (qui propius Rheno federant) Alemannis, ceterisque Romani nominis hostibus, in Galliam sese infuderunt. Francis Sicambriisque, qui recepti cis Rhenum fuerant, tantae multitudini nequiquam obnitentibus. Unde, ut D. Hieronymi verbis

Epist. II. ad  
Ageruchia.

utar, *Magantiacum, nobilis quondam civitas, capta atque subversa est, & in Ecclesia multa hominum millia trucidata, Vangiones longa obsidione deleti. Rhemorum urbs prepotens, Ambiani, Atrebatæ, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoratus, translati in Germaniam. Aquitania, Norvæque populorum Lugdunensis & Narbonensis provincia, praeter paucas urbes populata sunt cuncta. Non possum absque lacrymis Tolosa facere mentionem, qua ut hucusque non rueret S. Exuperii merita praestiterunt. De Augusta verò Trevirotum urbe in eandem calamitatem abstracta, lamentabili oratione Salvianus ipse vivens quoque vidensque differit. Vidi, ait, ego ipse Treviros domi nobiles, dignitate sublimes licet jam spoliatos atque vastatos, minus tamen everso rebus fuisse, quam moribus, adeo graviores in semet hostes externis hostibus erant, ut licet jam à barbaris everssi essent, à se tamen magis everterentur. Lugubre est referre, qua vidimus, senes honoratos, decrepitos Christianos, imminente admodum jam excidio civitatis, gula lascivia servientes. Unde intelligas, & ante, & post Trevirotum excidium, Salvianum lusum huius, & tragicum, & comici spectatorem, lacrymis tamen potius, quam risibus indulgisse. Hi diversis exercitiis immixti sunt, quorum unum duxisse Crochum, Maguntiaci everso rem, ferunt, qui incredibili atrocitate nobilissima quæque loca excindere solitus; quod à matre quondam*

lib. 6. de gubern. Dei.  
Trevirotum  
everso pa-  
rum ad e-  
mendatio-  
nem mo-  
rum profuit.

Aimoinus  
Greg. Tur. l.  
1. c. 32. & l.  
2. c. 1. Sig-  
bert. ad an.  
411.

ade



adulescens acceptū crudele amaverit consiliū: ut si æternam nominis aucupari famā desideret, nec par sit magnificentissimis urbibus excitandis, eas demoliat. ortum enim occasumque illustrium rerum cum suis autoribus imprimis memorari. Hoc igitur altā complexum mente, ut ille quondam Ephesini templi incinerator per Galliam strenuē implēsse; Sed Treviris in hoc conatu frustratentatis, & mitiori ad expugnationem barbaro relictis. Tandem verò Arelatensi obsidione, à Mario victum captumque, per everfas à se Galliarum urbes misero cruciabilique spectaculo, ad incrementum ignominiosæ famæ pœnæque, tractum interiisse.

Crochi crudelis vanitas digno exitu plexa.

An. Chr. 406.

lib. 7. cap. 37.

Stiliconis

perfidia ex-

ambitione

nata.

Constanti-

nus Tyr. in

Gallia impe-

rium occu-

pat & Stili-

conis confi-

lia impedit.

At in hoc infelici bellorum ac fortunæ variantis lusu, nihil turpius sceleratiusque, uno Stilicone, ejusque ambitione fuit, qui Honorii juventā abusus, & hæc barbarorum in Galliam agmina, & Alaricum jam ante à se devictum in Italiam revocasse fertur. Sic enim de illo Orosius: *Parvi pendens, quod sub Imperatore Euserium filium suum, sicut à plerisque traditur, jam inde Christianorum persecutionem à puero privatōq; meditantem, in impio quoquo modo substituere nitebatur. Quamobrem Alaricum, cunctamque Gothorum gentem, pro pace optima, & quibuscumque sedibus suppliciter ac simpliciter orantem, occulto federe fovens, publicè autem, & belli & pacis copiā negatā, ad terendam & terrendamque rem, reservavit. Præterea gentes alias, copiis viribusque intolerabiles, Alaricorum, Suevorum, Vandalorum, ipsoque simul mota impulsorum Burgundionum, ultro in arma sollicitavit. Verum, præter opinionem, alius in Britannio Constantinus, ab exercitu Romano, Imperator electus, hoc Stiliconis consilium præoccupavit. qui in vastatam, confusamque tot hostibus Galliam transgressus, quidquid Romani erat nominis pronum habuit, quò adversus Barbaros defensore uterentur. Huic Prætorii Galliarum Præfectus Limenius, & Cariobaudes Magister militiæ Honorianæ impares, in Italiam profugi, cessere. Inde*

G s

tamen



An. Chr. 407. tamen missus Stiliconis operâ Sarmatus, Dux strenuus, cum exercitu, Justinianum Constantini Ducem prælio fre-  
git; sed mox repulsam passus, repetitâ Italiâ Constantino Galliarum imperium reliquit. Qui & Hispania inhians sedem imperii Arelate fixit. Hinc Francorum gens, vicini Imperatoris metu liberata, cum, à Wandalis ut cunque fractis, ad armorum societatem invitaretur; his impigrè sumptis, ipsasmet palantes Wandalarum adorta copias Rheni sibi Belgicæque utriusque possessionem vendicare conati sunt, Trevirimque altera jam clade invaserunt. Ergo Wandali, provocante Stilicone, interiorem subiêre Galliam, Pyrenæi claustra, Hispaniamque sibi oblatam adituri. Quæ, custodiæ barbarorum, parum fidæ, à Constantino credita, venientibus patuere; quando Alaricus ad Italiam invitatus à Stilicone, tanquam Constantino opponendus, in Eucherii tyrannidem affectantis opem poscebatur. Sed ab Olympio familiari prodita Stiliconis consilia, ipsi Ravennæ, Eucherio & Serenæ Matri Romæ, exitio fuerunt dignis jam dudum rogo, quem toti Europæ consumenda, sola regnandi, cum regerent, cupiditate, instruxerant. Adeò insatiabilis ignis, ubi semel exarsit, regnorum ambitio est, qui postquam consumpsit omnia, seipso consumitur.

Inter hæc ambitionis tam scæda certamina, bellique calamitates Mauritius Trev. Archiep. patiendi, quam agendi fecundiore tempore, vitæ ac sede abiit, Leontius seu ut alii Leguntio, ex Pontiorum gente Aquitanica, ut videtur, subleto. Qui annuo circiter honoris sui ornerisque curriculo metam attigit XIX Februarii defunctus. Nec tamen pontificio suffectus muneri An. Chr. 409. ejus nominis secundus, Treviris ad omne ludibrium vitæ fortunarumque expositis, defuit. Qui & à Trevirico I. Autore, cujus corpus Brunswigam translatum est, & à Metensi, qui sub Ludovico Pio à Drogonem Alsatiam ad S. Mauri Monasterium devectus fuit, est discernendus; quod à San-Maximinio Tabenam cum S.

Frigerid.  
apud Turon.  
Oros. l. 7.  
c. 40.

An. Chr. 408.

Stilico cum  
Eucherio fi-  
lio ambitio-  
ne sua perit.

Mauritio Ar-  
chiep. Trevi-  
ris succedit  
Leontius &  
huic Autor.

An. Chr. 409.



Quiriaco suis transisse Reliquiis memoretur, Primus XIII. Cal. Sept. alter Metensis IV. Idium Augusti, tertius XV. cal. Sept. honoratur, sanctitate omnes venerandi.

Dum Wandali in Hispaniam penetrant, & Gothi Italiam Romamque ipsam, per nongentos intactam annos, vastant, Galliam hinc Franci, ac Wandali, inde cum rebellibus Constantinus lacerat, Honorius consilium anceps Constantium, virum bello idoneum, Magistrumque militiae creatum, adversus Constantinum Tyrannum Galliae submittit, qui re fortiter feliciterque administratâ hunc, Arelatenfis urbis moenibus inclusum captumque, transmisit in Italiam, ubi caput amissit, immaturâ lauro redimitum. Sed ex unius resecta

Constantino  
per Constantium  
oppres-  
so diversi  
Tyranni suc-  
cedunt.

An. Chr. 412.  
Orosius loc.  
cit. & c. 41.

cervice, tanquam ex lernæa hydra, mox plures Tyranni succrevêre. Constans Constantini filius, ex Monacho, ridiculâ metamorphosi, Cæsar, Geruntius, Maximus, Sebastianus Jovinus, Attalus, quos censet Orosius, quemque his Sidonius jungit, Dardanus. ad eò plerisque præ imperii dignitate mortalibus vita est vilis; ut regnare cum periculo malint, quam sine discrimine vivere. His tamen unius Constantii objecta virtus, atque industria potior, cum Jovino & Constante sublato, quos armis non poterat consilio tenuerit. Nam Ataulpho Gothorum Regi Alarici successoris concessa Narbonensis Provincia, Burgundionibus ad Rhodanum & Ararim in Sequanis ager assignatus, nondum tamen occupatus est, reliquis obversa gladii acies. Profuit tamen non paucis Barbarorum ad salutem, ita Christianis misceri nationibus, quorum sacris ac religione capti fidem accepêre. Tam solerti Deus providentia etiam ex malis bona profeminat,

Regni Go-  
thici & Bur-  
gundionâ  
in Gallia ex-  
ordium.

413.

Franci Tre-  
viros inva-  
dunt spoli-  
antque, nec  
tamen à Cir-  
censibus ab-  
strahunt.

Franci tamen in hac Romanorum liberalitate se præteriri indignati sunt, barbarisque ac Burgundionibus nil concessuri, negatum armis beneficium extorquere statuant. Nec frustra, magnâ vi coorti Treviros rursus expugnarunt, occupatâque urbe, cædibus rapinisque misc-



lib. 6. de gu-  
ber. Dei.

miserandam rerum faciem induxerant, quam Salvianus, tertii quoque excidii spectator, deploratorque non parum facundus, tantò magis detestatur, quod amens ludorum Circensium sectator populus, inter media suorum funera, ab Imperatore hæc etiamnum spectacula flagitaret. *Theatra, ait, quaritis, Circum à Principibus postulatis. quæso cui statui, cui populo, cui civitati? Ubi exusta ac perditæ, plebi captivæ & interemptæ, qua aut perit, aut luget. De qua etiam siquid superest, totum calamitatis est.*

An. Chr. 414.  
Castinus ab  
Honorio mis-  
sus Francos  
rursum pel-  
lit.

Porro Castinus, Domesticorum Comes, loco Constantii, ad consulatus honores evocati Francorum latius sese efferentium insolentiam egregiâ virtute fregit, & Galliæ exactos finibus plerosque trans Rhenum ad sedem redire avitas coëgit. Quando inter hæc Ataulphus Placidia Honorii sorore jam fretus conjuge, cum suæ gentis homines, quos Honorius oppressum ibat, emineret vellet, Attalum Gothum augustalia quæ posuerat, in-

414.

Regni Go-  
thici in Hi-  
spania exor-  
dium sub  
Wallia.

signia jubet resumere. Verùm ubi Constantius impigre ad incendium restingendum accurisset, Narbone inclusus, pro beneficio habuit Hispanias, capto jam Atalalo, sibi relinqui. Sed cui Romanus pepercerat, propriæ gentis mucro lethalis fuit. Placidia soror à Wallia

Constantius  
Trev. sepul-  
tus.

successore Honorio remissa, egregiæ femina indolis Constantio optimè merito Principi in connubium data est, simulque imperii consors factus. Quod cum Theodosio, Honorii ex Arcadio nepoti, minimè probaretur, Constantius æger animi, haud multò post superstes, nec titulum quidem Imperatoris usurpasse creditur. Monumentum certè inscripti Lapidis, in Pauliniana apud Treviros Ecclesia, hoc etiamnum legitur

421.

Filius, vitio  
innovatoris  
literarum.

liniana apud Treviros Ecclesia, hoc etiamnum legitur

*Hic jacet Flavius Constantius vir Consularis Comes & Magister utriusque militia atque patricius & secundus Consul ordinarius.*

Placidia ad Honorium reversa, atque istic principis charissima, post odiis jactata, in orientem ad nepotem Theodosium



Theodosium, cuius iuventam una cum imperio Pulcheria soror laudatissime moderabatur, confugit. Unde, cum Honorius brevi occidisset, per submissum cum exercitu Ardaburium filiumque eius Asparem, non hu-

425.

Valentinian<sup>o</sup>  
III. sub Placi-  
dia matre,  
Bonifacio &  
Ætio præfe-  
ctis, imperat

mana magis, quam divina virtute ad imperii occidentalis sedem cum filio Valentiniano reducta est. Joannes primicerius quæsitam purpuram, suo moriens sanguine, opprobrioque in Asinio circumductus, infecit. Bonifacius Thrax & Ætius Dux Mæsiarum fortissimus, rebus gerendis, ille in Africa, hic Italia Galliaque præfectus est: ne unius potentiâ Imperatoribus periculosa rei, totius vis molesque niteretur. Sed dum hoc discrimen vitatur, aliud incurritur, & ut sit, æmulatio præcellentiz inter se collisos duces in publicum exitium armavit, ut intelligas nihil adeo in mundo firmum, quod ambitio non subruat.

Ætio fortissimo Duci repente ad probandam virtutem amplissimus in Galliis campus apertus est. Ubi, ad pueri mulierisque spretum imperium, exciti primum in Aquitania Gothi sub Regis Theodorici auspiciis Arlatem sibi à Constantio ereptam recuperaturi, ab Ætio, Hunnorum auxiliis freto, magnâ clade cæsi, pro beneficio pacem accepere; ut alio Romanorum in Francos arma verterentur.

An. Chr. 425:  
& 427.

Jam enim Francorum inquieta gens post acceptam à Castino cladem, sub Pharamundo Rege ad ulteriorem citerioremque Rheni ripam à Trevirorum finibus ad oceanum usque confederat, legibusque, quas vocant Salicis, regnum firmat; cum Honorio fati sublato, Chlodio Pharamundi filius, cupiditate veterum in Belgica possessionum excitatus, superato flumine latè omnia ad obsequium etiam Treviros excidio quarto multatos revocare cœpit. Et quò se suosque hac magis sede stabiliret Hespargi (Heinspârgum nunc vocant) Rhenum inter Mosamque, in terra Juliz, apto ad cindum alendum militem loco, Castrum sibi regale excavavit. Unde in utramque Belgicam Germaniamque secundam fixerat.

Francorum  
inquieta  
gens rursus  
delecto Re-  
ge Galliam  
& Treviros  
vastat rur-  
sumque ab  
Ætio repel-  
litur.

Sedem in  
terra Juliz  
Chlodio Rex

secundam fixerat.



cap. 9. n. 7.

Ado sub  
Gratiano  
Imp.

428.

TreViri re-  
stituuntur.Severus Au-  
tori substitu-  
tus Archiep.  
Burgundio-  
nes baptizat.  
Socr. l. 7. c.  
30. & Trip.  
hist. l. 12. c. 4.

secundam effusus, usque ad Atrebatas, armis domitos, fines regni Francici porrigebat, Hinc Gregorius Turonensis posterior: *Substituitur, ait, Chlodeo, in regno vir utilissimus in gente sua. qui apud Hespargem Castrum residebat, quod est in termino Thoringorum.* Et lib. 2. historiae suae; *Francos, ait, è Pannonia digressos ( neque enim Germani origine haberi, longè disparis semper ingenii possunt ) primum littora Rheni incoluisse, debitis transacto Rheno Thoringiam ( modò Thongriam ) transmeasse, & Chlodionem apud Dispürgum ( paulùm infra, ut in talibus frequens est, voce ) habitasse in termino Thoringorum.* Post Pharamundum, inquit Ado Viennensis: *Franci Chlodionem ejus filium sibi Regem statuerunt. Ab hinc Franci in finibus Thoringorum habitantes crinitos Reges habere cœperunt.* Ætius igitur crescentem illorum cis Rhenum potentiam veritus, Majorano ( postea Imperatore ) secum assumpto, silente repente in Atrebatas provolans exercitu, nuptialibus epulis ludisque intentos improvisa clade multavit, reliquosque eodem belli victoriaeque impetu diversis locis sparsos, aut transire Rhenum, aut parere Romanis cœgit. Treviros verò malè jam olim à Romanis Imperatoribus desertos utcunque ad firmandam limitum custodiam restituit. cum ex *Notitia Imperii* constet, fabricam istic scutariam balistariamque Rom. etiamnum repertam esse.

Eadem tempestate Autor Trev. Archiep. rebus humanis abiit, ad XV. Cal. Sept. anni 427. piè defunctus & Severo Germaniæ primæ Britanniaeque Apostolo locum cum fecit, Is S. Lupi Tricassini discipulus, & collegæ Polychronii Virdunensis Episcopi. Sub quo Socrates memorat, Burgundiones Rheni adhuc accolas, plerisque fabros lignarios, crebrâ Hunnorum incursione pressos, desperantesque ad Romanorum Deum rursus statuisse sibi esse confugiendum, ideoque Galliae civitatis proximam adiisse Episcopum ( quem Trevericum jure Bucchacium



cherius fuisse statuit) ab eoque baptismum institutio-  
nemque sacrorum flagitasse, quò Christi præsidio tuti  
resisterent. Neque opinione suâ falsos. Quippe, ubi  
cognovissent Vptarum Hunnorum Regem nimia op-  
pressum crapulâ disruptum crepuisse, tribus millibus  
suorum, decem facillè profligasse hostium millia, Quâ  
tamen cum elati victoriâ, Belgarum propinquos, Gun-  
dicario Rege ac Duce freti, infestarent, Ætius cum Hun-  
nis plerosque ad internecionem cæcidit. Tam prom-  
ptum demissio à Deo præmium, arrogantia pœnam ha-  
bet, cui, & pressos elevare, & elatos premere usitatum  
est. Verùm & Ætio Romanisque parum illa Hunno-  
rum præsidia, ad firmandum imperium, profuisse, infra  
de Attila videbimus; quando hoc Deus flagello in eos-  
dem animadvertit. Et verò recrudescente Gothorum  
in Gallia bello, Littorius Rom. Dux adversus Theo-  
doricum malo jam omine Hunnorum improbitate usus  
est, siquidem Gothi ad divigam supplices opem conver-  
si, haud levi utrosque clade perculerunt.

Porrò Ætius politica fraude Bonifacium everfurus,  
illum Imperatori Valentiniano, contraque hunc illi su-  
spectum reddidit; ut is, capitis metuens, vocatus in Ita-  
liam venire detrectaret, quin & Gensericum Wandalo-  
rum Regem ex Hispania ad ferendam opem magnis in  
Africam copiis accerferet. At denique Ætii imposturâ  
cognitâ, dum serius aversum cupit, prælio bis victus,  
magnam Africæ partem, amico, dicam an hosti? co-  
actus cessit. Gensericus tamen, rebus suis in Africa Hi-  
spaniâque adversus Romanos stabiliendis, Attilam Hun-  
norum Regem ex septentrione contra Romanos evo-  
cat; ut ab Austro & Aquilone invisam toti orbi poten-  
tiam Romanorum constringant. Attila dolo Ætii Ro-  
manos delufurus, se venire significat, ad Theodoricum in  
Gallia vires infringendas; contraque Theodorico, se  
ad futurum insolentiæ Romanorum castigandæ, affir-  
mat. Galli etiam horum avaritiam rapinâsque perosi,  
Francis novos rursus ad arma stimulos subiciebant, ut  
nil

Burgundio-  
nes ad Chri-  
sti fidem re-  
versi, Hun-  
nos paucis  
vincunt.

An. Chr. 430.

Prosper in  
Chron.

436.

Sed aliena  
invadentes  
ab Ætio rur-  
sum Victi.

Prosper, &  
Salvian. l. 7.

439.

Bonifacius  
ab Ætio pro-  
ditus Gense-  
ricum hic Attilâ  
ad exitium  
Rom. invitat.

Galli à Ro-  
manis avari-  
tia pressi  
Francis ad  
novos motus  
stimulos ad-  
dunt.



nil jam sacrum sanctumque, nec amicos, nec hostes imò nec Christianos inter, reperiri posset; adèò cuncta, ambitione & ardore habendi pessumdata, corruerant.

An. Chr. 440. Romæ Leo Magnus, tanquam novum Ecclesiæ sidus, Bedæ l. i. cap. oriebatur, per septentrionem religio curæ fuit. Siqui- 21. Ado Vien. dem ille cum Germano Antisiodorensi in Britanniam in Chron. Et rogatus transiit, Pelagianæ illic hæresi (libertatē Chri- Vita S. stianæ legis servandæ etiã naturæ viribus adstruenti) pos- Germ. siturus obicē quod ea felicitate peractū est, ut cum in tur-

Sever. Arch. cum S. Ger- mano Antif. Pelagianam hæresin in Britannia coercet.

ba frequentissima Flasi cujuspiã filium in pedes claudicantem erexissent, Pelagium plerique detestari, mediterranea quadam insula seceverint ejusdem pertinaciter veneno afflatos, ne ad innoxios contagio proserperet. D. Augustinus huic inprimis pesti remedia præscripsit, unde eodem penè tempore Nestorius & Eutyches in oriente, ille Christum in Geminas discerpens personas, hic in eandem contrahens naturam, à suis Antagonistis, que mutuò debellati sunt, ut per omne bellorum, etiam spiritualium, genus Christiani ad palmam exercebant. S. Germanus vix in Galliam reversus erat, quando Ætius in Armoricis (nunc minori Britannia comprehensis) immittere per Rhenum Eucharichum Alanorum cum exercitu Regem comperit. Occurrit igitur pacis venturæ que exorandæ gratiã, ubi verò restitantes vidit, graviore compellat voce, manibusque freno injectis, vel virum cum suis stitit, qui vi tam improvisa attonitus reveritusque Germanum, hostilia retrò signa convertit. Ætius deinde, sine armis, Armoricos fideles contra Atilam expertus est. didicitque, etiam pacem sine bello solã posse virtute obtineri: quã tam ad amicos conciliandos, quã frangendos inimicos nihil solet potentius reperiri.

442. Sidon. in paneg. Aviti Iornand. de rebus Goth. S. Germanus totum cum Rege exercitum sistit.

Ætius sub effeminato Principe Dux fortis, ab Atila decipi-

Bonifacio, jam post obtentam ab Ætio æmulo victoriam, morte tamen victo, solus, receptus in gratiam Ætius, rerum molem sustinebat. citra cujus industriam rueret sub effeminato Principe inter tot barbaros omnino



necessum erat, quos Ætius raro ingenio ac felicitate, ex hostibus amicos in bello reddidit, donec tandem Attila illisurum ludenti, hostis pro amico adfuit, docuitque ignem quem aliis consumendis struimus nos etiam posse adurere. Hunnis Ætius ad affligendos Romanorum hostes potissimum usus, ab Hunnis denique oppugnatur.

Nam Attila, post Thraciam Illyricumque debellatum, redemptumque à Theodosio orientem auro, pariter de occidentali imperio gloriam sperans, innumera gentium stipatus multitudine, quam censu quingentorum, alii etiam septingentorum millium circumscribunt, trans Rhenum sese infudit Galliarum, ubi Ætius Romanos, Theodoricus Gothos, Meroveus Rex Francos, Gundericus Burgundos eidem opposuere, quod commune omnes periculum jungeret. Hos & Colonia Ubiorum, & Treviros, & Octaviam Tungrorum Metasque & Aurelianum, & quidquid medium est, tueri non potuisse adversus tantam vim hostium satis constat: donec præda gravem, sociatis viribus, in agro Catalaunico, magna jam parte Galliarum excisâ, aggressi, sub auspiciis Ætii fuere, tantaque cum elade multarunt: ut, incredibili mortalium cæde 162. hominum millia, uno prælio occubuerint. ambigua tamen satis & cruenta Romanis victoriâ; cum in cæteris Theodoricum Gothorum Regem amiserint. Attila receptus intra castra desperationis plenus, fugam postera luce adornavit; ita tamen compositam, ut Ætius priori strage contentus, abeuntem laceffendum non putaverit; seu hostis metuens, seu amans, ne deesset Valentiniano metuendus, & que sibi impostero debellandus. eum magnorum Ducum in pace minor, tam sit æstimatio, quam necessitas. Broverus hoc bello quarta illâ, quam Salvianus memorat, Trevirorum everfione vastatos esse Treviros censet; sed cum scribendo ipse ante decennium circiter finierit, quintam hanc fuisse necesse est; postquam Trevis brevi in Francorum potestatem fuit redacta. Neque hoc tempore Ursulanam illam Virginum societatem

An. Chr. 450.  
Attila post orientis imperium occidentale invadit.

lorinand. l. de rebus Gothicis. Cassiod. Chron. Greg. Tur. l. 2. c. 7. Paul. Diac. l. 15.

451.

Ab Ætio Rom. Ducem memorabili prælio vincitur fugatur.

H

ab



S. Ursula sub  
Attila non  
est passa.

Vide an. Ch.  
237. & no-  
tas ad tom.  
1. Brovv ad  
an. 451.  
Neque sub  
Tyranno Ma-  
ximo.

Attila in Ita-  
liam effusus  
à Leone Pon-  
tifice occur-  
rente sistitur,  
in Gallia etjã  
profigatur.

Procop. l. 1.  
de bello van-  
dal. Sido-  
nius l. 2.  
ep. 13.

ab Hunnis Coloniae oppressam censeo. quod nemo se-  
bi facile persuasurus sit, in tantâ barbararum gentium  
per Europam illuvie, tot virginum millia in Romanam  
peregrinationem temerè educenda; aut tot historicos,  
res ab Attila & Leone Magno Rom. Pontifice gestas  
suis monumentis prosecutos, memorandam adeò histo-  
riam præterituros fuisse. Et quis credat Leonem ipsum  
illustrem hanc ad Romana limina profectioem, & tot  
Virginum decerptas ex martyrio palmas, ignobili sui  
inter scripta silentio potuisse obruere? Ad prima hæc  
planè conversæ ad Christum Britannia tempora Ze-  
lumque pro Christo moriendi, quo nos supra retulimus,  
& Maximinus Tyrannus imperio, Auctor I. Treveris  
Episcopus præfuit, transferenda sunt. Ad Maximi vero  
tempora in Galliis apud Armoricos residentis, poscen-  
tisque è Britannia tot Virgines in militum suorum ma-  
trimonia, eandem referre historiam, multò magis fabu-  
losum videri, contra Alfordum Brovv erus jam olim  
obtinuisse videtur. ut his iminorari alienum sit.

Iam Attila se Italiae, reparatis infuderat viribus; à  
quilejã, Mediolano, Ticinoque everso, Imperatorem  
ipsum caputque urbium Romam petiturus; nisi Leo  
Pontifex obvius, plusquam leo, divinã potestate arma-  
tus occurrisset, stitissetque majori vi territum. Quo  
frustra deinde in Galliam reversus est; ubi Thorismun-  
dus Rex Gothorum, patris cædem ultus, victum eject  
brevis in Scythia inter nuptiales epulas Venere ac via  
opprimendum. Veneti illius metu, in mare habitatio-  
nem transtulere, ubi hodie dum inter undas invicti con-  
sident. At Valentinianus hac totius imperii castigatione  
quam & ipse promeritus, sub optimo Pontifice declina-  
verat, nihil tamen redditus melior, honestarum etiam  
feminarum, quas forma commendabat, pudicitia illud  
bat. In his Petronii Maximi, ex Treverici Tyranni filii  
pe nepotis nunc Romani Senatoris, uxor fuit.

Illius enim ludo nactus anulum, hoc, velut mariti-  
aulam evocantis, signo Imperator feminam accersit, quan-



quamvis nolentem violat, remittitque. Quæ cum re-  
 duci marito suam prostitutionem exprobraret, ille nescius  
 indignansque majori scelere scelus ulciscitur. Ætium,  
 quo solo remp. ac Valentinianum stare non ignorabat,  
 affectatæ tyrannidis reum fingit, persuadetque; ut is, ne-  
 gotiorum obtentu, Romam evocatus, trucidaretur. Quo  
 sublato, prompti fuere, qui ejusdem Maximi consilio Va-  
 lentinianum ut innocentis Ætii interfectorem, tollerent,  
 Maximumq; ceu imperio digniorẽ, sufficerent, qui, cum  
 uxor vitæ abiisset, Eudoxiam quoque Valentiniani con-  
 jugem in thalamum admisit. Cui postea, cum se ani-  
 mum amoreq; possidere jam crederet, facinus tragicum  
 aperuit. Quæ, ut mulierum amor præsentium fastidians,  
 facile ad primos maritos recurrit, averfata mariti sui in-  
 terfectorem, clam ex Africa Gensericum, cum trecentis  
 accersit armatorum millibus, ac prona venienti pol-  
 licetur omnia. Nec secus factum. Roma venienti pa-  
 tuit, Maximum fugientem Romani ipsi jam facinoris  
 conscii lapidibus obruunt, membratimque discerpunt.  
 Eudoxiæ illa fuit proditiõis gratia, quod spoliata per  
 triduum urbe, cum imperatoria gaza ac filiabus navibus  
 imposita, captivitate in Africam traducta sit. Ita quo-  
 quisque flagitio alterum perdere conatus est, semet-  
 ipsum profligavit. justissimâ Dei ultione, quâ scelus su-  
 um ferit autorem.

Nec hic malorum ac tragœdiæ coeptæ finis. Morte Im-  
 peratoris per Galliam vulgata, cum Ætium nullum ti-  
 merent Franci, sub Childerico Merovei patris succes-  
 sore, animos rursus, atque ad firmandam potentiam  
 arma erigunt. Quibus Romani Avitum Magistrum  
 equitum, Arvernorum gente, opponunt, ac Maximo bre-  
 vi perduto, etiam Imperatorem creatum extollunt. Hic  
 Trevirim sibi rursus sedem, premendis Francis, oportu-  
 nam ratus, istuc confedit.

At Valentiniani, quàm Ætii moribus propior, femi-  
 narumque magis pudicitia, quàm hostibus expugnan-  
 dis intentus, Lucii Senatoris conjugem simulatione  
 morbi ad se inductam prostituit, ac non sine mordacis

Valentiniani  
 libidine, Æ-  
 tio sublato,  
 imperium  
 pessundatur.

An. Chr. 454.

Maximus  
 Tyr. extolli-  
 tur, & cadit.  
 455.

Plerique suo  
 scelere quo  
 alios per-  
 dunt, ipsi pe-  
 reunt.

*Aموين. ex  
 Hypatio.  
 Sidon. l. 4.  
 Ep. 17. Sir-  
 mondus ad  
 paneg. Sido-  
 nii.*

Franci emer-  
 gunt in Gal-  
 lia, & Tre-  
 viros contra  
 Avitum vo-  
 cantur, vio-  
 latâ Lucii  
 conjugis.



diſterii probro ad virum remiſit. Proinde Lucius vindictæ cupiditate, cum impar Tyranni viribus eſſet, Francos in ultionem advocavit. Quibus cum, & urbis, & Moſellæ fluminis munimenta præcipua adverſus Rom. inſolentiam traderentur, majori ſervitute minorem improvidi redemere Treviri, in Francorum deinde poteſtate multo tempore futuri. quando fortuna Romanorum virtute parta, vitiis denique invaleſcentibus ſuccubuit: ut quæ nullum diu regnum ſuſtinere poſſunt.

An. Chr. 455.  
Severus Arch.  
moritur 15.  
Octob.

Monafteriũ  
S. Eucharii  
nunc S. Mat-  
thiæ.

457.  
Cyrillus ſuc-  
ceſſor defun-  
ctus 19. Maij.

An. Chr. 456.  
Avitus &  
poſt Majoria-  
nus Impera-  
tores electi  
eneſtigue.

457.

Laudatiſſimus medio tempore Trevirorum Archiepiſcopus Severus, ad tumulum ætate inclinatus, Cyrillo, vitæ etiam probatiſſimæ viro locum ceſſit, qui ſuam egregiè ſtationem tuitus, biennio illam toto non tenuit. Quo tamen ſacrorum non vulgarem ſuſcepſiſſe curam intelligitur, baſilicis, ut potuit, inſtauratis, & religione amplificata. In quibus Oratorium D. Eucharii reſtitutum, ac religioſorum juxta hominum Monafterium excitatum fuit; ut depositis ibidem S. Eucharii, Valerii, & Materni, Protoepiſcoporum noſtrorum, Reliquiis honor ac veneratio major accederet. Ubi & ipſe, quod in votis fuerat, altero poſt anno, Maij decima ac nona die, moriens locum quietis eſt aſſecutus.

Avitus, ſubinde Valentiniano & Maximo ſublatis Gallis Gothiſque Auguſtus dicitur; ac rebus in Gallia compoſitis Romam ad Conſulatum, applaudente parte gyriſta Sidonio abiit; ſed opera Ricimeri & æmulatione aliorum dejectus, Episcopale pedum pro ſceptro ac ſciſibus tenuit, neceſſitate hanc virtutem perſuaſus. ſelut tamen neceſſitas, ſi reddiderit meliorem.

Majorianus verò Auguſtalem in ſedem evocatus, dignam viro forti peritoeque ac Chriſtiano indolem quamvis ex Thracia quondam gregarius miles, ad imperium attulit, tam formidabilis hoſti, quàm ſuis amabilis. In bello nutritus ſed pacis amans Genſericum ſolâ æſtimatione ſui continuit. At cum & virtus invidiam hoſtesque patiat, diu regnare non potuit; quando imperantem occidere, ut alter imperaret, jam vile atque obvia



obvium factum erat nefas, ut tam virtus probum, quàm nefarium scelus, odiis gladiisque improborum ob- jiceret.

CYRILLO vita & munere functo apud Treviros, Ar- chiepiscopali in sede est substitutus *Himericus Iambly- chus*, vulgò *Iamricus* vel *Iammerius* cujus in Epistola Auspicii Tullensis Episcopi ad Arbogastem Treviro- rum, ex Arbogaste Franco (cujus supra memini) Comi- tem, ut *Sancti viri memoria est*, quemque ad eundem scribens Sidonius *consummatissimum virum, cunctarum- que virtutum conscientiam & famam juxta beatum nun- cupat*. Nisi hanc fortè commendationem Cyrillo ejus Antecessori (cùm nomen Sidonius non exprimat) ma- lis cum Bro *W* ero tribuere. Post Himerium *Eveme- rum* Archiep. censemus. quorum partiri magis, ante successorem *Marum*, quàm definire vitæ mortisque tempora possumus. quòd modestiam pontificiam publicis abstracti negotiis vixisse credantur.

*Freherus in condit. hist. Franc. edi- tus 1613 pag. 200, n 20. lib. 4. Ep. 17. Cyrillo Arch. mortuo suc- cedit Jam- blychus & huic Eveme- rus, ei S. Ma- rus brevi in- tervallo.*

Majorianum verò Theodorici II. Gothorum Regis in Gallia rebellio eodem transtulit. Hic enim regni sui angustiis contineri non potuit; sed, in Lugdunensem effusus Provinciam, ad Rhodanum usque limites pro- movit, dum Majorianus Italicis Gallicisque armatus copiis ad pristinas eundem sedes virtute majori adstrin- geret. Verum cum premeret Gothum hostem, à fami- liari Duce Gotho Ricimere oppressus est. adeò fluxa est gentium externarum fides; cùm idem ille, qui nuper ad imperium extulit, nunc in tumultum præcipitavit.

459.

461.

Hac eadem tempestate Magnus ille Ecclesiæ Roma- næ Antistes Leo vita abiit, postquam ad Galliæ Germa- niæque Episcopos scriptum edidit, quo quorundam Chorepiscoporum castigavit licentiam, qui munera Episcopalia consecrandi aras, Ecclesias, sacerdotesque & Chrisma, in absentiam Episcoporum, obire ausi fuerunt, cum Presbyteri tantum non autem Episcopi consecrati essent. *Hac, enim inquit, omnia illicita sunt Chorepi- scopis, qui ad exemplum & formam LXX. discipulorum*

*Chorepisco- pis non licet Episcoporu obire munia. Epist. 88. qua est in tom. Consil. 86.*





esse noscuntur, vel presbyteris, qui eandem gestant figuram. Unde manifestum est hos semper in Ecclesia gradus, dignitate non solum; sed & potestate separatos fuisse. Quanquam Chorepiscopi, aut Coepiscopi nunquam dicti sint, qui hodie Suffraganei, adeoque vere rã consecratione Episcopi essent. Nunc ad tollendam confusionem, ferè nomen evanuit, aut penes Archidiaconos resedit.

S. Marus egregia virtute praful moritur, coliturque 26. Jan. succedit Volustianus.

Marus quoque Trev. Archiep. sanctitatis famã notus apud Treviros hoc tempore excelluit. qui S. Paulini Ecclesiam communi urbis incendio & populatione Hunnorum destructam instauravit, in qua & ipse demum illustrem nactus sepulturam hac inscriptione fuit. *Prasul Marus, Deo dilectus, multas carne vivens egit virtutes. Cuncta ejus vita liber habet.* Et hic quidem intercidit veneratio miraculis etiam celebrata mansit. Cum morbis difficillimis Arthritide, Spasmo, ac Paralyfi laborantibus opem tulerit, vestigia populi frequentantis, in subjectis tumulo lapidibus concursu detritis, noscuntur. Dies illi sacer XXVI Januarii est. Post quem Volustianus cathedram tenuit.

An. Chr. 463. Severus, Anthemius, Olybrius, & Glycerio &c. Tyranni. 467.

Majorianum jam quadriennio regnantem idem Ricimer militiae ex Gothis Magister, sustulisse e vita & regnum fertur, qui huic admoverat: alterius tamen gratiã Severi, ad sceptrum periculumque idem succedentis, cum facinus perpetrasset, & hunc pari, velut Schaccorum, lapsu, post brennium sustulisset: vacantis ipse & jam laborantis imperii moderator, dum Anthemius ex oriente Leone in solium destinaretur, qui, ut ferociam Ricimeri inconstantis demulceret, filiam ei in thalamum obtulit; sed, consumptã brevi gratiã, quinto post anno ab eo debellatus captus & occisus est: Olybriusque Placidie junioris conjugii & hoc mortuus Glycerio Imperatori locum fecit. Ricimer denique, quod rarum, siccã morte, sed Arianismi infelix perfidusque sectator, ad inferos migravit, cum ty-



rannidem haud vulgarem in ipsa exercuisset capita Tyrannorum: regnare nolens, ut securius omnibus imperaret.

Interea Francorum Rex Childericus, Treviris jam potitus, latius regni sui limites promovebat, cum Præfectorum Romanorum, sub mutato toties capite, libertas avaritiæque passim invalesceret, Gallicique populi in se odia concitaret. Francorum tamen Regum; ut, in felicitate, libido à primis regnandi principiis, jam tum execrabilis multis visa est: ita Francos in Childericum luxuriantem concitavit. Unde deturbatum solio in exilium amandarunt, Ægidiumque Romanum Ducem, Galliarum administratione cum laude functum, scepro admoverunt. Qui res ipsarum per octennium egregiâ fide tuitus, facietatem tamen invidiamque alienæ gentis vitare non potuit; cum suum habere Regem, etiam cum vitiis, quàm Romanum cum virtute tolerabilius eis visum est. Reliquerat Childericus, ad conciliandos sibi rursus gentis animos, inter proceres Francorum Winomadum \* qui, ut erat ingenio vafer, Ægidio Regi, ceu optimè cupiens, tributa largius imperanda, & quosdam Francorum Duces, velut potentiaæ æmulos, invidosque, revera Childerici adversarius, tollendos suadebat: tum verò ex acerbatis subditorum animis Childerici mansuetudinem & Regis novi savitiam ingerere; cumque inclinatos sentiret, revocare è Thoringia, ubi apud cognatum Regem Bissinum hospitabatur, aurei numi parte dimidia, in quod signum convenerant, transmissâ. Nec diu morantem collecto Winomadus per Mosellæ ripam milite excepit, Ægidiumque prælio victum, nec Treviris satis ad defensionem sui fidentem Coloniae Ubiorum mœnibus inclussit. Ubi rursus ille expugnatus ad Sueffiones fuga elapsus est, brevique moriens Syagrium istic filium successorem reliquit, qui pro Romanis nequicquam stetit, sensim cum aliis per Galliam nationibus ad Francorum obsequium adigendus. Childericus Sigeberto consanguineo apud Ubios,

Childericus Francorum in Gallia, ob libidinem ejicitur, substituto à Francis Ægidio Romano.

*Aimoin. lib. 1. c. 7.*

An. Chr. 468.

\* alii Vido-  
madum legunt.  
Childericus ejecto Ægidio restituitur.

*Greg. Tur. in Epist.*

469.



Regno amplificato moritur Chlodoveo succedente.

Anno 1653. Archiduci Leopoldo fuere exhibitæ reliquiæ Childerici Reg. Franc.

Volusiano Archiep. primatus stabilitur.

An. Chr. 479. Moritur, & Milerus ac post Modestus & Maximianus eligitur.

480. Imperii Rom. occasus. post an. 500.

Regnum Italiæ sub Odoacre inchoatur Ravennæ.

alteroque, ut videtur, Heriberto apud Treviros rebus administrandis præfecto, ipse ad utramque Belgicam armis ac pace obtinendam conversus est, ac denique Tornaci extinctus monumentum habuit. quod casu superioribus apertum annis, ossa cum armorum regique apparatus instrumento, & Childerici nomen exhibuit.

Chlodoveum ille successorem ex Basina Thoringorum Regis conjugæ, quæ hospitis amores, relicto Biffino, secuta est, suscepit; partum verè illustrem, ex thalamo flagitioso, tanquam è fimo eductum lilium. quod primum ex horto Francico in ara Dei propositum est.

Volusiani apud Treviros Archiepiscopi illam, in hæc regnorum Dominorumque vicissitudine, curam fuisset accepimus, ut Metropolitæ Galliarum, & primatus dignitas B. Agritio quondam à Silvestro Pontifice Romæ stabileretur, quod ab Hilario etiam Papa impetratum est, dum Rhemensis per Chlodovei inaugurationem suæ crevit æstimatione. Tandem verò mortalia deserentis Milerus sanctitate vitæ cognitus, nec minoris post illuminationis nocentiæ Modestus sedem adiit, ille 29. Sept. hic 24. Februar. apud S. Matthiam venerandus. qui paucis illam æstimationem sui annis fecerunt, quam alii multis non assequuntur. Maximianus denique constantius locum sibi destinatum occupavit, qui idem propemodum cum Felice Rom. Pontifice & Chlodoveo Francorum Regis imperandi tempus sortitus est.

Romanum hoc tempore imperium per occidentem quod sub Augusto ceperat, in Augustulo clauditur. Nam Glycerius à Julio Nepote sceptrum, Nepoti ab Orestis patricio eripitur, qui illud Momylo filio adhuc puerum tradidit, quem Augustulum iccirco dixere. Sed qui in sequenti mox anno 476. ab Odoacre Herulo Orestis quondam armigero ad ludum literarium ablegatus est, qui Oreste occiso & Ravennæ imperii collocata sede relicto Augusti nomine regnum in Italia auspiciatus est, quod Ostrogothi, à Visigothis in Gallia distincti, tenuerunt.



ere; postquam illud Theodoricus Gothorum Rex, Odoacris victor, anno 499. occupasset.

In Gallis quoque Chlodoveus Rex Francorum, post Childericum patrem anno salutis CCCCLXXXI. successus, ut probabilior à S. Martini transitu calculus habet, & decimo quinto ætatis regnum auspicatus, ubi domi remp. constituisset, occupatam diversis nationibus Galliam, solus spe animoque complecti cœpit. ratus eodem belli jure depelli nationes posse ceteras, quo invasisent. Primò igitur Romanæ gentis reliquias, quas Syagrius apud Sueffiones fovebat aggressus, hunc ingenti prælio victum, & ad Gothorum Regem Alaricum Tholosam profugum; sed Gothica fide redditum, obtruncavit. Quo in bello Sueffionas populatus Remigio tamen Rhemensium Antistiti non solum templi sacram supellectilem restituit; sed etiam, licet etiamnum paganus, gratuita largitione multa illi, quæ in pauperes Ecclesiasticæ Dei partiretur, obtulit. ut in suo Testamento quod Sanctus condidit, profiteretur, ac pro omnibus Galliarum Episcopis sollicitum se fuisse contestatur.

481.  
Regnum  
Francorum  
Christianum  
Chlodoveus  
incipit.

486.  
Greg. Tur.  
l. 2. c. 27.  
Syagrium  
vincit, & ad-  
huc gentilis  
S. Remigio  
benefacit.

489.

Ceterum sedem imperii jam non amplius Trevirorum Augustæ, bellis superioribus deformatæ; sed apud Mediomatrices primum (ubi postea Austrasiæ Reges confedere) deinde vero Parisiorum in urbe Lutetius collocavit. Et jam thalamo maturus lectissimam sibi Virginem Chlotildem \* Chilperici Burgundionum Regis \* filiam, Christianis sacris pietatique addictam, junxit. quæ, cum amore sui religionis veræ amorem, cunctanti licet animo, subjecit: ut cum deinde periculoso certamine Marcodurum inter Coloniamque, Tolpiacensi in agro, collideretur, favente jam Alemannis victoriâ, concepto fidei Christianæ voto, repente non solum spem labantem crexerit, sed ipso Alemannorum Rege cadente, illustri prælio victor redierit, reliquis supplicibus pacem impertitus. Quâ victoriâ terrorem latè omnibus, sibi gloriam immortalem conciliavit. Nec voti memor, Tullis per B. Vedastum, Rhemis per

An. Chr. 496.  
\* alii Cro-  
tildim.  
498.  
Chlodoveus  
per Chlotil-  
dem conju-  
gem instru-  
ctus, Christo  
fidem in di-  
scrimine  
pugnæ addi-  
cit.

H s S. Re-



*Hinc marus in vita S.* S. Remigium in fidei orthodoxæ disciplina instructus solenni hic baptisate cum proceribus suæ gentis ex  
*Remig. Greg Tur. l. 2. c. 30.* piatus est. Ad quod, cum sacrum deficeret oleum, co-  
 Rhemis baptizatur. tulisse fertur, unde hodie Regum capita consecran-  
 tur. Ludovici \* nomen à baptisino Rex tulit, ut à S.  
 Remigio legitur usurpatum: quamvis Chlodovei pro-  
 miscue hæserit.

499.  
 \*alii Hludo-  
 vicus vel  
 Ludvinus  
 scribunt.

500.

Maximiano  
 Vibicius Ar-  
 chiep. sumo-  
 gatur.

Gundobal-  
 dus Burgūd.  
 Rex Chlodo-  
 veo tributa-  
 rius factus,  
 Godegisilum  
 fratrem tollit.

505.

Chlodoveus  
 devictis Go-  
 this, regnum  
 Tholosanum  
 occupat.  
 Arriani ex-  
 tirpati.

Chlodoveus  
 ceteris per  
 Galliam Re-

Subhæc Maximianus Trev. Archiep. moriens *Vibici*  
 cathedram aperuit. quando hæresis Arriana per Gothos  
 illata, passim invalescens Burgundionum quoque Re-  
 ges corripuit, ubi cum duobus fratribus sublatis (inte-  
 quos Chilpericus Chlotildis pater) Gundobaldus lice-  
 ætate minor, armis tamen potior, à Chlodoveo, seu vi-  
 dictæ, seu religionis studio hostiliter peteretur, Godegis-  
 filus tertius fratrum ad opem postulatus, repente cum Fran-  
 cis arma sociat, plus ab illis, quam fratre securitatis co-  
 spectans. Hinc Gundobaldus se Avenionis mœnibus tur-  
 ri coactus, tandem Chlodoveum annui tributi pactione  
 ad pacem inflexit, licet fratrem postea interceptum fe-  
 stulerit. adeo sanguinis jura vilescunt, cum regnandi  
 affulgent. Porrò hæresin deinde magis agnoscere, quam  
 publicè detestari visus, Catholicis manus abstinuit. Ce-  
 terum Alaricus Visigothorum in Gallia Rex, cum pa-  
 sim in excidio ac sanguine etiam orthodoxorum verber-  
 retur, Chlodoveo occasionem ulciscendi præbuit. Quo-  
 re, licet Theodoricus Ostrogothorum in Italia Ro-  
 gravissimis epistolis Chlodoveum deterreret, Alaricus  
 cum bello impetit, atrocissimæque Vocladensi in cam-  
 po pugnâ stratum, vitâ simul regnoque Tholosano  
 postquam 38. annis id Gothi tenuissent, dejecit. His  
 actis S. Martino apud Turones gratias, cui hoc bellum  
 supplex commendarat, Arrianorum per Galliam in se-  
 lentiam repressit. Laudabili Regis instituto, nisi cupiditate  
 super omnes imperandi, etiam consanguineos per  
 Galliam Regulos, vi dolove, ut apud Colonienfes Sig-  
 bertum, apud Treviros Heribertum, apud Ambianenses  
 Ch-



Chararicum, apud Camaracenses Ragnacharium, apud gulis, etiam  
 Cenomanos Rignomerem, sustulisset. Ita magnorum confangvi-  
 juxta scelerum & virtutum Rex idem exemplar reliquit. neis, regimē  
 dignissimus qui multis imperaret, nisi ambitionis in se cum vita au-  
 nimius amator, in aliis ultor extitisset. Quam moriens, fert.  
 cum regno in quatuor filios diviso, cupiditatis quo- An. Chr. 511.  
 que labem partitus est, postquam annis XXX. præfuis- Greg. l. 3. c. 1.  
 set. In filiis Theodoricus ante conjugium satus, natu Ann. l. 4. c. 58  
 major Austrasiam tenuit, Childeberto Parisii, Clotha- Regnū Gall.  
 rio Sueffiones, Aurelianum Clodomiro cessit. Austra- moriens in 4  
 siæ verò regnum, ab oriente Rheno primò clausum, partitur fli-  
 Thuringiam deinde Alemanniamque adjecit; ab occi- os Austrasiā  
 dente, Matrona flumine medio, Parisiorum fines tan- Theodorico  
 gebat; versus meridiem terminatum Burgundiâ: ver- oblata, quæ  
 sus septentrionem verò, ad oceanum borealem excur- Treviros  
 rens; cisrhenanam Germaniam, Lotharingiam, Cam- complexa est  
 paniam Rhemensem Belgicamque complectebatur.  
 Quidam scriptores, hanc inter Mosam & Rhenum Gal-  
 liæ partem Austriam, reliquam vero Ligerim inter Neu-  
 striam dixere, Burgundionibus & Aquitanis seclusis. Pa-  
 latina civitas Mediomatricum urbs (nunc Metis, quasi  
 Mater, dicta olim Divodorum) Regum sedes fuit. Me-  
 tropolitanæ Ecclesiæ geminæ; Augusta Trevirorum, Sedes Regū  
 jure prisco, & Durocortorum, seu Rhemorum jure no- Austrasiæ  
 vo, S. Rhemigii & Clodovei istic inaugurati præroga- Metz, Trevi-  
 tivâ, unde utramque deinde Ecclesiam synodos judi- ris & Rhemi  
 ciaque ab Hormisda Pont, iudulta sociasse compertum Metropoles.  
 est, eâ lege, ut Episcoporum prior electione, anteciret &  
 sedendi dignitate.

Theodoricus igitur primus Austrasiorum Rex, ut 512.  
 Rheni limites, barbaris maximè infestis nationibus, for- Theodoricus  
 titus erat; ita Danos, sub Chochilaico Rege, classe in Rex Aust.  
 Rhenum usque proventus adortus, per Theodobertum Thuringiæ  
 filium, jam armis maturum juvenem, insigni clade mul- regnum sibi  
 tatos rejecit. Nec multò post Herminefrido, Thuringi- adjicit.  
 giæ Regi Bertharii fratris oppressori, adversus fratrem 513.  
 Baldericum feliciter adstitit, parte terræ occupatæ in  
 victo-



524.

**S. Rhadegundis Thuringa** victoriæ præmium oblatâ ; quam cum is deinde negaret, totum eidem regnum victor extorsit. Itaque, ut quondam Biffini Regis uxor, sic nunc hereditas tota ad Francos delata est, filiis dum se mutuo regni in parte non sustinent, toto excidentibus. Superfuit ex hac stirpe Bertharii filia S. Rhadegundis Pictaviensi Parthenoni, inclusa. Per in Burgundionum Reges opprimendos, vel odium, vel cupiditas Francorum Reges inflammabat; quod avum Chilpericum Gundobaldus frater oppressisset : ex quo nunc Sigismundus & Godemarus præerat. Nec difficile fuit junctis armis vincere. Uterque regno, Sigismundus etiam vitâ, excidit. quanquam

**An. Chr. 526.**  
**Theodoricus Rex Avernos**  
ad obsequium revocat, ipse ob vasta templa plexus.

Godemarus postliminîo Gothorum ope redierit. Theodoricus tamè à fratribus postea Burgundis ad Arvernorum qui ad Childericum fratrem transierant, bellum vertit: templorum spoliis miles inhians, & post Rex ipse, amentis plexus, S. Quintiniani Episcopi, urbis Tutelaris, maniplagam simul spolians & præsidium respiscens obtinuit. Unde ad Trevirensis Ecclesiam eximie postea famam Sacerdotes traducti sunt, ut hac ipsa ditari clade sit visus & quadam Regis sui stultitia ad sapientiam proficere.

**An. Chr. 528.**  
**Vibitio Archiep. mortuo,**  
Aprunculus legitur.

Inter hæc Vibitius, seu ut alii Fibitius, præclarus meritum Trevirorum Præsul, extremum morte gloriosam diem clausit, quinto Novembris die memorandus, quod in Oratorio juxta Mosellæ pontem conditus, locum huiusmodi prodigiis olim nobilitavit. Cujus deinde infulam Aprunculus, seu Aponoculus, pari vitæ integritate sacravit.

\* à triplici seu triangulari inter Mosellâ & Rhenum agro, communis vichoria.

**Wandelb. apud Sur. tom. 4. lul. mense.**

Claruit hoc, sub Vibitio, tempore in trigonia Rhenum S. Goar, à quo loci nomen mansit, infra Fictoriam. Is deserta Aquitania, ubi genere atque opibus florere solebat, soli inter exteros vacare Deo, proximorumque salutem decreverat. Unde huc allapsus, indulgente Trevirorum Archiepiscopo Oratorium ad litus Deiparæ sacrum, hospitalemque advenis, egenisque inprimis excipiendis domum erexit; ut salutem quæ corporis quæ animæ periculis graviorum sese ministrum impenderet. quod existimantur utrumque hoc obsequium aptè, ad conciliandos virtutum honores.



homines, sociari. His ipse diversorium, his epulas, his S. Goar. ad  
divinum sacrificium ( cui Sacerdos operabatur indies ) Rheni litus  
his institutionem suam impendebat, ac siquid deinde ab inclarescit.  
oratione & hospitalitate superaret temporis, hoc in ido-  
latriæ, quæ nondum ubique exoleverat, subversio-  
nem orthodoxæ fidei propagationem, egregiâ se-  
dultitate, vertebat. ¶ Quo jam nomine latè ejus virtu-  
tum fama increbescebat; ut honor, quem in Aquitania  
fugit, hic eum sit affecutus; sacer tamen non profanus.

¶ Et memoriâ dignum est, quod Attalo, nepoti B. Gre- *Greg. Tur.*  
gorii Lingonum Episcopi, ex prima illius gentis nobi- *l. 3. c. 15.*  
litate evenit. Is enim post bellum Theodorici, cum fra-  
tre Childeberto, pace conciliatâ, vel ut obses, vel ut  
captivus in servitum Trevirici civis emancipatus, triste  
jugum subibat, frustrâque jam diu à Gregorio quæsi-  
ta erat adolescentis miseri libertas, quando Leo quidam  
è famulatio culinario Gregorii se vindicem obtulit, Tre-  
virosque profectus, in ejusdem civis mancipatum abiit,  
utque erat industrius, gratiam occupavit; sed opportu-  
nitatem Attali subducendi nactus, uterque, dum convi-  
vatur alibi Dominus, raptis equis armisque in fugam se  
avertunt: observati tamen, cum persecutores à tergo  
imminere sentiunt, relictis equis armisque, solâ adhi-  
bitâ ad præsidium natandi parmâ se in propinquum Mo-  
sellæ flumen abjiciunt, quo divinâ ope superato, inco-  
lumes evasere, & Leo non tantum libertate, sed amplif-  
simo prædio à Gregorio donatus, illustre fidei præstita  
munus tulit.

Ad rationem porrò temporum spectat, quod sub Ma- *An. Chr. 527.*  
vortii Consulatu Romæ anno salutis, quem vulgò po- *Æra Christi-*  
nimus DXXVII. Dionysius Exiguus Romanus Abbas, *ana à Diony-*  
cyclum suum Paschalem exorsus, annos à nativitate *sio. ante quâ*  
Christi numerare cœperit. qui deinde supputandi usus, *varia sappu-*  
à Romana acceptus Ecclesia, universè sensim introduci *tandi annorū*  
cœpit. Cum aliàs, Reges plerique tantum indicare, aut *ratio fuit.*  
Imperatores eorumque supputare annos, in Gallis e-  
tiam à S. Martini morte distingvere tempora, consue-  
scent.



scunt. Deinde ab Annunciatione etiam hic ducerent, & Treviri quidem serius ab illa, hoc est, post Nativitatem calculum auspiciando hodieum usurpent: licet principio naturæ ordinem fuerint secuti, post ob incommodum neglectum.

532.  
S. Nicetius  
in Archiep.  
Trev. eligi-  
tur Apruncu-  
lo mortuo,  
cujus apud  
S. Paulinum  
& Springir-  
bacenses  
memoria  
gloriosa est.

Clauserat haud multò post in morte, oculos Aprunculus Trev. Archiep. quando collectus urbis Clerus S. Gallum Avernum à Theodorico Rege flagitat; sed cum hunc aliò Rex destinasset, *Nicetium* ex eadem gente primæ nobilitatis, probatæque virtutis hominem deligunt, qui omnium expectationem supergressus, illustre hujusmodi Ecclesiæ sidus emicuit. S. Aprunculi monumentum D. Paulini basilica exhibet, cum hac in B. Clementis antea epigraphe. *Hic jacet S. recordationis Abrunculus: hujus Sanctæ sedis Archiepiscopus, cujus depositionis dies X. cal. Maij observatur.* Maxima tamen Reliquiarum partem ævo posteriori Sprinckirsbachensi illata, infra Treviros monasterio, pretioso istic loculo asservatur; prodigiè etiam frequentata, non obscuro post mortem feliciori sorte viventis argumento.



LIBER